



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 55. Christinæ fidei mirificum in Bulgaria incrementum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

**Secul. XIV.** spondere, & cum S. Gregorio dicere, nul-  
A.C. 1366. li Antistiti, ac ne Papæ quidem assumen-

dum esse titulum Præfusis universalis, ut  
ne episcopatum sibi soli tribuere, cunctis  
que Fratribus suis adimere videatur. Sed  
tanta hujus rei scientia non pollebat Pe-  
trarcha contentus reponere : Absit, ut  
sedem coarctem tuam ! Velle potesta-  
tem tuam extendere usque ad fines ter-  
ræ. Ubicunque colitur Christi nomen,  
est sedes tua: fateor. Sed & nemo jure  
negaverit, convenire tibi speciatim Ro-  
mam, alio quippe sponso, alio carentem  
Episcopo. Multos e curia tua removisti  
Præfuses, ut eos suis redderes Ecclesiis  
non itidem Roma habebit suum ?

p. 815.

p. 817. 818.

p. 820.

p. 824.

p. 826.

Effusus in laudes Italiæ, Papam nus-  
piam tam securum fore, quam Romæ as-  
serit; ac verbis exaggerat injuriam illi  
Albatis a centuriis illatam, a quibus re-  
dimere se pecunia coactus esset. Tristem  
Orientis statum exponit, ut Papam per-  
moveat ad recipiendos in gratiam Græ-  
cos, quos præ ethnicis infensos Latinis  
ait. Litteras longissimas finit exhortan-  
do Papam, ut de morte ac judicio divino  
cogitet.

§. LV.

*Christianæ fidei mirificum in Bulgaria  
incrementum.*

Vad. 1366.

n. 15.

Hoc anno Fratres Minores in Bulgaria  
quam

quam plurimos Christo adjunxere: sic <sup>sæcul. XIV.</sup>  
 Marcus Viterbinus Ordinis Præses Gene- <sup>A.C. 1366.</sup>  
 ralis Ministrum provinciæ S. Francisci e-  
 docuit per hanc epistolam: Accepi he- <sup>S. Anton.</sup>  
 sterna die Regini Hungariæ Ludovici, & <sup>pre 3 tit. 24.</sup>  
 Bosniæ Vicarii litteras jucundissimas. Ut <sup>a. 9. §. 20.</sup>  
 hic nunciat, rogatu Regis in regionem vi-  
 cinam misit Ordinis nostri Fratres octo:  
 qui dierum quinquaginta spatio plus du-  
 centa hominum millia salutis fonte tinxe-  
 runt: ac ne numerus vocaretur in du-  
 bium, Rex singula eorum nomina in tabu-  
 las publicas referri jussit: attamen non  
 dum tertia regionis pars se nostris addixit  
 sacrис. Principes cum subjectis ad ba-  
 ptisma turmatim confluunt: hæretici æ-  
 que ac schismatici ad sinum Ecclesiæ Ro-  
 manæ redeunt suis cum Sacerdotibus &  
 Monachis antea tam obstinatis. Læti-  
 tiam minuit operariorum paucitas pro  
 messe tam ampla, & metus amittendæ  
 Bulgariæ tot populis frequentatæ, quam  
 Rex Hungariæ in potestatem rededit suam.  
 Patarini & Manichæi solito melius affe-  
 ctū sunt ad baptismum accipiendum. Rex  
 sibi duo Fratrum nostrorum millia mitti  
 cupit, suamque ipsius vitam periculis vellet  
 objicere, ut errantes ducerentur in viam.  
 Cunctis Fratribus indulgentiæ causa Por-  
 tiunculam adeuntibus hanc epistolam le-  
 gendam præbe; ut ad capiendam hujus  
 operis boni partem velociter se præpa-  
 rent,

**Sæcul. XIV.** rent, suade; ac illos, qui divino tacti spiritu  
**A C. 1366.** ritu hoc facere iter voluerint, meo nomine jube se mihi sistere, ut commeatus litteris instructos faustis ad Deum precationibus prosequar.

**Duboulai** Eodem anno Papa orante Imperatore Carolo quatuor Ordinum Mendicantium Præpositis imperavit; ut ex suorum numero Doctores Theologiæ Pragam mitterent sacram ibi scientiam in nova Universitate tradituros. Litteras dabat 11 Nov. 1366.

### §. LVI. *Parisinæ Universitatis disciplina instauratur.*

**Duboulai** Papa edocitus Parisinæ Universitatis disciplinam ex parte prolabi, duos Cardinals, qui eam restituerent, delegit, **Lubreuil** Joannem Blandiacum de S. Marco, Episcopum Nemosensem, ac Ægidium Montacutinum de S. Martino *in montibus*, Tervanum Episcopum. Mandatum dedit 2 Maji an. 1366. Hi de consilio Doctorum plurium condidere decretum, Theologiam duntaxat, & disciplinas liberales contingens: nam quod ad Jus Canonicum & Artes Medicam spectabat, harum Facultatum sanctionibus insistendum ajebant. En ea, quæ in illo præscripto digna notatu invenio! Prima Theologiæ laurea

**Art. 16.17.**

**Art. I.**